



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio decimaquinta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. XIII.

uentur ab occidente in orientem, tunc si planeta aliqua nocte esset ex directione aliquius stellæ fixæ sequenti nocte deberet ipsam antecedere versus orientem. Videmus autem multis planetis contrarium quandoque retrocedit enim versus occidentem, ergo præter motum sphaerarum oportet in eis ponere motum retrogradationis quod fit in epicyclis in quibus planeta est retrogradus stationarius vel directus.

8 A D primum arg. dicendum quod non oportet cœlum diuidi ponendo propriū motum planetarū in eccentricis & epicyclis habendo bonā imaginationē eorū. Ponitur enim eccentricus círculus intra duas superficies sphera extensas cuius una medietas magis accedit ad superficiē sphera concavam. Altera vero ad con vexam, & mouetur hic círculus intra sphera cum si sphera contiguit & non continuo, & motu eius mouetur planeta tanquam pars eius existens, planeta dico habens eccentricū sine epicyclo sicut est ēst, si vero habeat epicyclum cum eccentrico tunc epicyclus poneretur moueri in eccentrico per modum quo ponitur eccentricus moueri in sphera, epicyclus est enim corpus sphericum infra eccentricum contactum & non continuum, & ideo potest in eccentrico habere suum motum proprium sphericū cuius epicycli pars est planeta, & hoc ponendo non oportet cœlum diuidi. Sed & si diuidiretur non sequeretur quod esset corruptibile, quia diuisio non est in via ad corruptionem nisi quatenus pars diuisa non sic potest resistere contrario agenti sicut conjuncta roti. Cœlum autem non habet contrarium propter quod nec continuum, nec diuisum corrumperetur.

9 Ad secundum dicendum quod motus cœli non est naturalis ut ostensum est in praecedente quæst. & ideo nihil prohibet planetam moueri alio motu quam circulari, neq; tamen erit contra naturam, sed solum præter naturam. Et tamen ponendo planetas solum moueri motu suorum eccentricorum & epicyclorum nullus invenitur motus in eis nisi circularis, quia eccentricus mouetur circulariter similiter & epicyclus, secus autem esset si planeta secundum se proprium motum haberet, tunc enim motus eius non esset circularis licet esset in circulo.

Q VÆSTIO QVARTA.

Vtrum cœlum sit figura sphericæ.

Quartus queritur vtrum cœlum sit figura sphericæ. Et videtur quod non quia figura quadrata magis congruit firmatā quam rotunda, sed cœlum est corpus firmissimum, ergo &c.

2 IN CONTRARIUM est Philosophus 2. cœli & mundi.

3 RESPON SIO. Quidam dixerunt quod cœlum est figura simircularis, quia nunquam apparer nobis nisi dividida sphaera. Sed istud non valet, quia cum cœlum mouetur ab oriente in occidente rediens in orientem (vt ex motu astrorum apparet) sequeretur quod quandoque totaliter dispareret, hoc autem est falsum.

4 Dicendum ergo quod est figura sphæra. Quod patet tripliciter. Primo quia prima figura est hæc primo corpori, sed inter omnes figuræ solidas prima est sphæra, cœlum autem est primi corpus, ergo &c. minor probatur quia naturaliter unum est prius multitudine & simplex compositus, sed sola figura sphærica inter figuræ solidas continetur una superficie sicut inter figuræ superficiales solus círculus continetur una linea ceteræ autē pluribus, igitur &c. Secundo quia figura capacissima cogruit celo quod continet omnia. Sed figura circularis siue sphærica plus continet quia quecumque figura ex rectis lineis, vel superficiebus, ergo &c. Et hæc ratio solum cœcludit quod cœlum sit figura sphærica secundum suum concursum, secundum quod cōtinet omnia infra se posita, & non secundum suum concursum. Tertiō quia si cœlū esset alterius figuræ quam sphærica, contingerebat quandoque corpus esse sine loco, & locum sine corpore, quia quā extra cœlum nihil sit, nec corpus, nec locus, & cœlum cōtinue moueat, si esset figura angularis, & anguli præmineant ceteris partibus contingere, per motum cœli partes planas venire ad locum angularum, & tunc remaneret aliiquid vacuū, & iterum anguli venientes ad loca planaria partium ultra procederent in vacuum. Hæc autem ratio quantū ad positio nem Theologorum locum non habet, quia ponunt vitia

Quæstio III.

mum cœlum (scilicet empyreum) non moueri: cetera autem rationes sunt probabiles, & non necessarie.

5 A D argu. in oppositum dicendum, quod figura quadrata magis congruit firmatā status, & hoc præcipue in graibus, non autem firmatā natura: cœlum autem vel firmamentum habet firmatam naturam, non status, nisi cœlum empyreum. Et illam habet non à figura, sed à natura, quæ ad nullum motu inclinat, nec habet motorem sibi deputatum, ut alia sphera.

Sententia secunda partis distinctionis. xiii.

in generali & speciali.

Sequitur, dicit Deus, sicut luminaria. Superius determinavit Magister de operibus pertinetibus ad rerum distinctionem. Hic vero determinabit de operibus pertinetibus ad ornatum. Circa quod sciendum quod sicut tres dies assignantur operibus distinctionis, sic tres assignantur operibus ornatus. Et diuiditur prima pars in partes tres. Primo determinat de operibus trium dierum. Secundo determinat quedam superius iam dicta. Tertio subiungit de quiete septimi diei. Secunda ibi, sed ante quam de formatione hominis. Tertia ibi, iam de septima die requie. Primo diuiditur in tres. Primo determinat de opere quartæ diei. Secundus de opere quinque diei. Tertius de opere sextæ diei. Secunda ibi, dicit Deus, producent aquæ, Terra ibi, dicit Deus, producat terra animam viventem. Prima istarum diuiditur in tres. Primo distinguunt opera dierum ab iniunctis. Secundo determinat opus quartæ diei. Tertio determinat quedam pertinencia ad illud. Secunda ibi, quia igitur cœlum certis elementis. Terra ibi, quod autem subditur, & sunt in signa. Terra vero pars in qua determinat de opere septima diei diuiditur in tres. Primo exponit quomodo deus quiete. Secundus quomodo opera complevit. Tertius quomodo illum diem sanctam faciuit. Secunda ibi, sed queritur quomodo septimus die. Tertia ibi, illum etiam diem sanctificasse. Et hæc est diuisio & sententia in generali.

2 IN speciali sic procedit Magister. Et proponit primo quod tribus primis diebus suis partibus est distincta universalis machina. Prima enim die facta est lux quæ vniuersaliter illustrat. Secunda die facta est diuisio superioris partis mundi, id est, natura celestis. Tertia die facta est distinctione inferioris partis, scilicet elementaris. Quarta vero die ornatum est firmamentum sole & luna & stellis. Postea dicit quod cœlum quartæ diei ante alia ornatur, quia prius & dignus: in quo quidem sunt sydera locata ad inferioris partis illuminationem, ad hominum & quorundam animalium utilitatem, & ad noctis decorem. Postea ponit quod sydera, & cœli luminaria dicuntur facta in signa & tempora. In signa quidem, quia aëris qualitatem, vel aëre qualitatibus viscissitudine significant, scilicet serenitatem & tempestatem. In tempore vero, quia temporis partes distinguuntur in quatuor tempora, vel sunt in signa & tempora, id est, in distinctionem horarum, temporum, quia suo motu horarum momenta notificant. Postea dicit quod de opere quinque diei ortæ fuerint aquæ & aëris, quia opus illius diei fuit formatio piscium & aurum de eadē materia (scilicet de aquis.) Postea dicit quod de opere sextæ diei ornata fuit terra iumentis, reptilibus, & bestiis aliis. Subdit autem de animalibus venenis, quod cœlum creata fuerunt innoxia, sed propter peccatum facta fuerunt noxia. De quibusdam autem minus tis animalibus dicit, quod ea quæ ex elementis nascitut, tunc fuerunt creata. Illa vero quæ ex corporibus, non. Et addit quod homo fuit factus tanquam dominus & possessor creaturarum vñitudo. Postea ponit solemnes opiniones. Quidam enim dixerunt, quod per diem interualla omnia formata sunt, ut supra dictum est. Alii dicunt omnia simul esse producta, vel formaliter, ut principales partes mundi. Vnde per sex dies, sex rerum genera vel distinctiones dicunt signari, quam distinctionem legislator posse ruditati populi, cui loquebatur condescendendo, vnde potuit scriptura diuidere loquendo temporibus, quod Deus operando temporibus non diuisit. Postea dicit quod alia die dicitur Deus requieuisse, quia vñitius Deus us creaturam non condidit, quæ vel in se, vel materialiter, vel in suo simili producta non fuerit. Postea dicit quod dicitur compleuisse opus sexti diei, quia omnia per-

V 5 frat.

BL
DI

Magistri Durandi de
fecit, & septimo die requieuit. Secundum autem Hebreis
cum veritate dicitur opus suum alio die compleuisse, quia
ultimo opus, scilicet sanctificatione & benedictionem
adhibuit, vel quia alia die completa vidit. Ultimum dicit
quod dies septimus dicitur sanctificatus in mysterium, si
lacet propter nouum creaturarum statum. Et in hoc ter-
minatur, &c.

QVÆSTIO PRIMA.
Vtrum corpora celestia habeant aliquam causa-
litatem super haec inferiora.

Circa distinctionem quindecimam queritur primò,
an corpora celestia habeant aliquam causalitatem
super haec inferiora. Et videtur quod non, quia agens pre-
stantius est patiente, sed viens nobilis est non viente,
vt vult Aug. lib. de vera religione: ergo celum, quum sit
non viens, non habere potest aliquam causalitatem su-
per inferioria falem viuentia.

Item Damas. dicit, nos dicimus quod corpora super-
iora nec sunt causa generationis eorum que generantur,
neque corruptionis eorum qua corrumptuntur.

In contrarium est, quia quod habet causalitatem su-
per supremum habet & super inferiora. Sed celum habet
causalitatem super hominem, qui inter generabilis & cor-
ruptionibilia tenet supremum gradum, homo enim generat
hominem, & sol, ergo dicitur. Physic. ergo &c.

RESPONSI O. Duo videnda sunt, quae tanguntur in argumentis. Primum est, de causalitate coeli nepe-
tū omnium generaliter. Secundum est de causalitate eius respectu viuentium specialiter.

Q VOD autem celum habeat causalitatem super om-
nia generabilita & corruptibilita, patet sic. Alterans inalter-
abile est causa omnis alteratiois, sed celum est alterans inalterabile, ergo &c. Maior patet, sicut enim omnis mo-
tus reducitur ad mouens immobile, quod est prima causa
omnis motus. Sic omnis alteratio reducitur ad alterans inalterabile, quod est causa omnis alteratiois. Minor sim-
pliciter patet, quia alterans inalterabile non est intelligentia,
quia non mouet immediatè ad formam, sicut patuit sus-
pira, distinx. Alterans autem dat formam, nec aliquid cor-
pus generabile est alterans inalterabile, quia omnia gene-
rabilia & corruptibile sunt alterabili, relinquitur ergo
quod sit celum.

CIRCA secundum est intelligendum quod quidā dicunt, quod celum, licet non sit viens, quia tamen mo-
uetur à substantia viente, scilicet ab intelligentia, virtute
eius potest aliquid viens generare; sed istud non videatur,
quia si celum in virute intelligentiae posset aliquid vi-
ens generare, istud efficit vel per motu ab intelligentia cau-
sum, vel per aliquam virtutem ab intelligentia influxum.
Non per motu, quia sicut patet, motus localis non po-
test esse ratio aliquid agendi, & nunc supponatur quod pos-
site probabitur, nec per aliquam virtutem celo influxum,
quia vel esset influxus immediate ab intelligentia, vel me-
diante motu. Non immediatè, quia intelligentia non agit
ad formam immediate, nec mediante motu, quia per mo-
tam localem, qualis est in motu celi, nihil acquiritur. Ex his
arguitur sic. Quod non acquirit virtutem agenti, non ac-
quirit virtutem aliquid producenti. Sed celum ab intel-
ligentia mouente ipsum non acquirit aliquam virtutem
agenti, ut probatum est, ergo &c.

Ideo dicendum quod sicut in semine, quod non est vi-
ens, est virtus generativa rei viuentis, pro eo quod semen
decisum est à viuente. Sic in celo licet non sit viens, est
virtus generativa rerum viuentium, non quia motus ab
intelligentia, nec quia virtus sui ei influxus ab aliqua intel-
ligentia creata. Sed quia producunt est à Deo tanquam
quoddam semē omnium generabilium & corruptibiliū:
& sic celum agit in virtute Dei ad productionem viuen-
tium, sicut semen equi in virtute equi generantis ad pro-
ducendum equum.

PER hoc patet ergo solutio ad primum argumentum.
Ad secundum dicendum quod Damas intendit nega-
re à corporibus celestibus causalitatem primariam, quam
aliqui eis attribuebant dicentes planetas deos esse, non au-
tem causalitatem omnimodam.

SANCTO PORCIANO

QVÆSTIO SECUNDA.
Vtrum celum habeat causalitatem supra
actus liberti arbitrii.

Th. i. q. ii. ar. 4. &c. 6.

Secundò queritur an celum habeat causalitatem super
actus libe. arb. Et videtur quod sic, quia secundum mo-
tum ait orum prædictum Astrologi multo eis euetus
bellorum & aliorum quæ ad actus humanos pertinent,
sed hoc non est nisi motus corporum coelestium haberet
aliquam causalitatem super libe. arb. &c.

Item quicquid est causa prioris est causa posterioris,
sed esse præcedit agere, ergo quicquid est causa ipsius esse
est causa huius quod effagere. Sed celum est causa animæ
quantum ad esse quod habet in corpore, quia homo gene-
rat hominem & sol, ergo est causa actionum animæ in
corpore, tales sunt actiones libe. arb. &c.

IN contrario est, quia secundum actus lib. arb. lau-
datur vel viceperamus. Sed ex his que infinitus ex
actione corporum coelestium non laudamus nec vitupe-
ramus cum non sint in potestate nostra, ergo &c.

RESPONSI O. Intelligendum est quod aliquid
habere causalitatem super actuū vel motum alterius co-
tingit duplicitate, causando scilicet vel impedendo. Cau-
sando tripliciter vel quia dat naturam ad quam sequitur
motus vel actus sicut generans graue causat motu graui
dando grauitatem ad quæ se sequitur motus, vel in natura sup-
posita imprimito sicut protiens lapidis sursum est cau-
sa motus eius sursum. Et vtrumq; horum habet per le causalitatem super motum graui. Præter hæc autem est ali-
quid quod habet causalitatem super motum graui non per se, sed per accidens, sicut remouens prohibens (pura
toilens columnam graui suppositam prohibitem graue
descendere de sursum) dicitur mouere ipsum.

Habet etiā aliquid, causalitatem super actuū alterius
impeditio ipsum duplicitate. Vno modo directe sicut cō-
trarium dicitur prædominā quemadmodum aqua frigida
impedit ne ignis comburatur lignum dum praeterea aqua
vel exinguendo ignem, vel in irrigando & humectando
lignum vel non sit aptum combustionis. Alio modo quasi
indirecte solum subtrahendo obiectum & sic elongans
lignum ab igne impedit ignem à combustionē ligni.

His viis patet quod celum non habet causalitatem super
actus libe. arb. primo modo scilicet dando naturā ad quā
sequitur actuū, quia illud ad quod sequitur actuū lib. arb.
est potentia intellectus & voluntatis, sicut autem non cau-
santur à virtute celi ut patebit infra dist. 16. ergo &c.

Item nec secundo modo, scilicet in potentia lib. arb.
imprimendo ipsum actum vel motum, quia boni & ma-
lum quod inest nobis ab extrinseco nullo modo potest
habere rationē culpe vel meriti, sed solū pena, vel pra-
mī. Sed actuū lib. arb. habent in nobis rationē meriti celi
sunt boni, vel culpe, cō sunt mali, ergo non sunt in potestate
nostrī lib. arb. ab extrinseco puta celo. minor de se patet,
probatio ma. quia secundum Aug. i. lib. arb. est malum
quod patimur, & est malum quod factum, malum quod
patimur est malum pena. Et ex talī malū secundum ip-
sum non dicimus mali, malum quod factum est malum
culpa ex quo mali sumus. Et idem est intelligendum circa
bonum. Nam sicut malum quod patimur ab alio non est
culpa sed pena. Sic bonum quod patimur ab alio non est
meritum sed premium vel donū. Si autem celi impre-
met in potentia lib. arb. ipsum actuū bonum vel malum,
tunc ester solū bonum vel malum quod patemur &
non quod faciemus, ideo &c. Et iterum nec purē passi-
uum potest esse lib. arb. quia in potestate puri passiū non
est quod possit pati: vel non pati, immo necessario patitur
presente actuō. Sed si velle causetur in voluntate à cor-
pore coelesti volūras respectu eius estet purē passiū, quia
fabiectum non coincidit cum efficiente causa, ergo vo-
luntas in volendo vel eligendo non est liberata. Et ita qui
ponit quod celum possit imprimere in libe. arb. destruit
liberatem arb. sic ergo patet secundum.

Sed antequam procedamus ad tertium membrū sci-
licet an celum possit agere in liberū arbitrium indirecte
sicut remouens prohibens, oportet primò videre an libe.
arb. possit impediti, vel prohiberi ab actu suo per actionē
corporis coelestis, & dicendum quod non directe sicut ali-
quid

Lib. I I. Distinctio. XV.

quid impeditur per contrarium prædominans, quia nihil impedit per se acta alterius nisi ponendo actum suum circa idem subiectum cum actu alterius, ut patet in exemplo sic proposito de aqua respectu ignis & ligni) Et ratio est quia contraria copariuntur sicut in diversis & solam impediunt respectu cuiuslibet. Sed ceterum nullam impressionem potest habere in lib. arb. vi statim probatur est, ergo &c.

Item sicut se habeant velle & eligere ad prosecutionem, sic se habet naturalis inclinatio rei ad motum sequentem. Velle enim & eligere non sunt aliud quam inclinatio voluntatis in rei voluntate. Prosecutio autem est motus in rei. Sed nulla res potest impediiri a sua inclinatione ita natura rei, sicut potest impediiri a motu sequente, siue graue non potest impediiri quia inclinatur deorsum mediane sua gravitate, & existente loco deorsum ad quem inclinatur, potest ramen impediiri ne mouetur deorsum, ergo similiiter voluntas presentata volibili, non potest impediiri per se, ne inclinetur liberè in illud, i. quia inclinatio sua voluntate seu electio, ramen potest impediiri a profectione voluntatis.

Nunc restat considerare de quarto membro, in quo & tertium membrum omnis implicabitur. Videndum ergo utrum liberum arbitrii possit impediiri per actionem corporis celestis indirecte, remouendo obiectum, & patet quod sic, quia omnino quod sit per solam alterationem corporis, subiaceat actioni corporis celestis, quia celum quum sit alterans inalterabile est causa omnium alterationis, ut dictum est in praecedente questione. Sed impediens electionis voluntatis per absentiam obiectum sit per solam alterationem corporis, ut patet in profundo somno, in quo ligatis plenè viribus sensitiis ministrantibus intellectui, circa suum obiectum intellectus non potest deliberare, nec voluntas eligere : & hoc modo impeditur omnino, ratio a deliberatione, & voluntas ab electione. Alio autem modo impediuntur non totaliter, sed solum a debito actu, ratio quidem a congrua deliberatione, & voluntas a debita electione, quod sit per alterationem non ligante ex toto viris sensitiis, sed immutante eas a debita dispositioine, sicut est in frenis, & similibus infirmitatibus, in quibus non potest esse, nec plena deliberatio, nec libera electio, quia ratio non potest plene considerare circumstantias rerum, propter motum & turbationem phantasie, in qua representatione ipsi suum obiectum, nec phantasia mouetur ad imperiū voluntatis prædominante maiori motu alterationis. Sic igitur patet quod celum habet causalitatem super lib. arb., impediendo actuum eius indirecte per impedimentum viri sensitiuum. Et per idem patet quod habet causalitatem super ipsum causando actuum eius, ut remouens prohibens, quia sicut vires sensitiui ligantur vel levigantur per alterationem formi vel infirmitatis, sic solvuntur vel curantur per contrariam alterationem. Sed corpus celeste habet causalitatem super omnem corporalem alterationem, ergo &c. Et obiectum voluntatis est illud quod res presentatur ei sub ratione boni, sed per alterationem factam circa corpus nostrum, aliquid apparet magis vel minus bonum, sicut calefactio corpore venerea apparent delectabilita: frigescit autem minus, ergo per alterationem factam circa nos a corpore celesti potest voluntas plus, vel minus moueri.

A D primum argu, dicendum quod iudicium astrolorum de futuris particularibus ad lib. arb. non est certum, sed deficit in multis. Contingit tamen quandoque eos vera praedicere, præcipue quantum ad homines sequentes appetitum sensitiuum, in quem imprimis corpus celeste, & mediante quo representatur intellectus & voluntati suum obiectum sub ratione boni vel melioris, quod tamen intellectus potest discutere & examinare, & voluntas liberè refutare, quod faciunt virtuous, unde & Astrologi dicunt, quod vir sapiens dominabitur astris.

A D secundum dicendum, quod celum non est causa anima qualium ad esse quod habet in corpore, nisi dispositio, quia esse anima in corpore est a Deo, qui eam creavit intendendo, & infundit credo. Corpus autem celeste est solum causa disponens subiectum. Et simili modo celum non habet causalitatem discretam super actiones proprias animae inclinando voluntatem in eas directe impediendo, sed solum indirecte inquantum dispositio-

Quæstio II I.

corporis facit ad presentationem obiecti modis quibus expositum est.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum cœlum agat per motum,

Tib. I. q. ss. ar. 3. ad. 2.

Tertiò queritur, utrum cœlum agat per motum. Et videtur quod sic, quia sicut se haber terminus ad terminum, sic actio ad actionem: Sed terminus motus localis est causatus termini generationis & alterationis, ergo &c. Maior patet, quia rationes actionum & motuum sumuntur ex terminis. Minor probatur, quia locus, qui est terminus motus localis est causa forme, que est terminus generationis & alterationis, locus enim confert ad generationem, ut dicit Porphyrius, quemadmodum patet, ergo &c.

Item generatio & alteratio sunt causa motus localis, ergo & concurso. Antecedens patet, generans enim gravem mouet ipsum, ut dicitur. 8. Phys. Magnes etiam alterans de ferrum trahit ipsum. Probatio consequenti, quia perfecti est agere. Sed motus localis est perfectior alteratio & generatione, quia non est nisi perfectorum, ergo magis debet est causa eorum, quam concurso.

Item secundo cœli & mundi, dicitur quod motus localis habet ligna & lapides, & ferrum.

C O N T R A quod cooperit quanto, quatenus quantum, non potest esse aliquius actionis principium. Sed motus localis est huiusmodi, secundum enim prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu locali, ut appareat ex. 4. Physic. &c.

R E S P O N S O. Hic præintelligendum est, quod differunt motus, & actio, quia motus est quæcunque mutatione successiva, sive ad locum, sive ad formam. Actio autem solum est mutatione secundum formam. Cum igitur queritur, utrum cœlum agat per motum, intelligitur de actio ne propriæ dicta, per quam cœlum creat aliquam formam substantiale vel accidentale in situ inferioribus.

Quo supposito dicendum est, si illud per quod aliquis agit, potest intelligi dupliciter. Uno modo, si illud sit ratio formalis in agente per quā agit, sicut calor in igne est formalis ratio per quā calificatur. Alio modo potest intelligi agere per aliquid non quod sit sibi ratio agendi modo ian diecto. Sed quia est ipsam actio, sicut ignis dicitur calefacere per calefactionem. Et præter istos duos modos quidam addunt tertium, videlicet quod aliquid dicitur agere per alterum, quod nec est sibi ratio agendi tanquam forma, nec est ipsam actio, sed est aliquid necessarium, requisitum ad hoc quod agens agat, sicut ponitur exemplum de securitate que ad hoc quod possit securare requiritur quod sit acuta, & de materia dura, requiritur etiam quod sit mota a se cœte. Sed duo prima, scilicet acuties & durities, sunt ei ratio agendi tanquam forma agentis. Sed motus solum est alia quid necessario requisitum ad hoc quod securis agat, ut instrumentum quod non agit nisi motum.

Si ergo questione intelligatur primo modo, sic dicendum est quod celum non agit per motum, quia motus localis non est sibi formalis ratio agendi, nec vniuersaliter aliquis motus secundum se sed solum ratione termini. Quod patet sicut illud quod non ponit in eo, in quo est aliquid absolutum non potest esse principium actionis, quia sicut respectus secundum se non terminat aliqua actionem, sic nec principiar, principiū enim actionis & terminus sibi inuenit correspondunt. Sed motus secundum se non ponit in eo in quo est aliquid absolutum. Sed si ponit hoc est ratio sui termini, ergo motus secundum se non potest esse ratio seu principiū aliquius actionis, in altero, nisi ratione termini ratiuntur. Et hoc potest dici de motu alterationis. Aqua enim calefacta potest alteri caleficere, non solum cessante motu calefactionis, sed etiam dum est in calefieri, quia iam habet aliquid de termino, scilicet de calore.

In motu autem locali neutrum est, quia nec ratione fui, nec ratione termini ad quem est, ponit aliquid absolu- latum, quod patet multipliciter. Primo quia omne quod ponit in aliquo formâ absolutam quamcumque, facit ipsum aliud, vel alterum, forma enim substancialis facit aliud, accidentalis vero alterum. Sed motus localis non facit aliud, nes